



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. VII. De aliis causis excusantibus à pœnis adulterij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

Caesareo decreta est adulteris poena gladij, & quae denique de jure Canonico in adulteros statuta est poena excommunicationis, vel omnino sunt abrogatae, vel saltem in nostra Germania non sunt in usu, ubi plerumque non tantum adulterorum poenae, sed alijs etiam delictis statuta, arbitrariae sunt, & in poenam commissi adulterij hodie adulter & adultera tribus diebus dominicis, vel festis ante fores templi cum accensa face, vel candela stare debent. De Clerico vero statuunt SS. Canones, ut si adulterium commississe confessus, seu convictus fuerit, ab officio & ordine clericali deponatur, ac communione fidelium privetur, & in Monasterio (vel carcere hodie) ad agendam ibi poenitentiam collocetur, prout habetur ex *can. si quis. 10. dist. 81.* quamvis merito dubitari possit, utrum hujus etiam poenae aliqua hodie praxis superstit. Vide plura de his poenis apud Auct. Mech. §. cit.

## §. VI.

An & quando Adulterium unius  
Conjugis compensetur cum adulterio  
alterius?

Compensari per adulterium conjugis, prius conjugis alterius adulterium, non tantum quoad divortium, ut ex dictis jam patet, sed etiam quoad alias poenas civiles, probatur ex *l. Viro 39. ff. soluto matrim. & ex c. Intelleximus 6 h. t.* quia in causis civiliter actis datur delictorum mutua nonnunquam compensatio. Quod si vero post divortij latam sententiam conjugis prius innocens adulterium committat, probabile

*Compend. Purburg.*

quidem est, quod non obstante sententia divortij, petere possit, ut admittatur ad consortium dimissi, conjugis separatus, cum in sententia lata divortij, ea clausula subintelligatur, *si vir v. g. servaverit continentiam*: quae si non observetur, jus suum acquirit iterum dimissus; valde tamen probabile etiam est, quod nulla competat actio ad repetendum conjugem dimissum, a quo propter adulterium separatus iusta sententia quis fuerat, etiam si post sententiam divortij, conjugis prius innocens, adulterium commiserit, cum in tali casu nulla fiat injuria per adulterium, post sententiam divortij commissum, quae est fundamentum mutuae compensationis, quamvis possit Iudex Ecclesiasticus ex officio suo reintegrare prius matrimonium, & eos inter se reconciliare, ob animae periculum, & ad vitanda peccata.

## §. VII.

De alijs causis excusantibus a  
poenis adulterij.

Essant etiam poenae adulterij tam civiles, quam criminales, si uxor v. g. violenter fuit oppressa; si adulterium commissum fuit cum consensu viri, qui eam prostituit; si post adulterium innocens nocentem retinuit, & sibi reconciliavit; si propria auctoritate uxorem in adulterio depreham occidit maritus; si moriatur maritus ante accusationem adulterij; si tempus accusationi praefixum, quod solet esse, durante matrimonio, quinquennium a die commissi criminis, sit elapsum. &c.

Ecc ee

SECTIO